

## Aduertencias para

Societatis Iesu possint absoluere omnes vtriusque sexus fideles, ad eos vndeque accedentes ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque grauius & enormibus, etiam Sedi Apostolice reſeruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis [exceptis cõtentis in Bulla Cœnæ Dñi] potestatem absoluendi, atque eis pro cõmissis pœnitentiam salutarẽ iniungendi. Quo priuilegio gaudent õnes Mendicantes, sicut & ceteris. De quo fr. Emanuel in Explicatione Bullæ fo. 193. & 194. & Tom. 1. qq. regular. & canonica. q. 61. art. 5.

¶ Clemens. 7. in Bulla quæ incipit, Dilecte fili 8  
li, Romæ apud S. Petrũ sub añulo piscatoris die. 30. Augusti anno. 1530. Pontificatus sui anno septimo, concessit fratribus Prædicatoribus, q̄ õnes fideles, tam religiosos, q̄; seculares pro cõfessionibus eorum audiendis ad ipsos fratres recurrẽtes, ab omnibus & singulis Excommunicationibus: & aliis sententiis & cœsuris Ecclesiasticis, & peccatis per eos cõmissis possint absoluere, & etiã à casibus quibusuis Sedi Apostolicæ reſeruatis: exceptis cõtentis in litteris Cœnæ Dñi legi consuetis, & eis p̄ cõmissis